

TROCHISCORVM
PARANDORVM
METHODVS
COMMENTARIVM VII.



*Trochisci à quibus nomen sumant, quomodo
conficiantur, seruentur, ac reponantur.*



VENADMODVM Emplastra à colore,
& non à facultate nominant quidam Medici
Melina, Candida, Fusca, & Gilua: ita Pa-
stillos Græcè Trochiscos ab efformationis figu-
ra vocant. Hæc scribuntur 5. de Comp.
Med. per genera, cap. 2. Varijs autem nominibus
decorauit illos Antiquitas; nam Damocrates, re-
ferente Gal. lib. 2. de Antid. circa finem, & Rotas,
& Orbes nuncupauit, quos interdum & Rotulas
Heraclides Tarētinus dixit. Sed nihil nostra refert,
vt 1. de Antid. c. 9. Si Pastillos Rotulas, aut Orbes appel-
les. Quorum descriptionem ante oculos nobis po-
suit Actuarius lib. de Comp. Med. sic: Pastilli appel-
lantur illa, quæ in plana fingentes, in circuli formam cogi-
mus. Hic enim Cyglisci à figura apud Græcos nomen sorti-
ti sunt.

Vt c. de Spe-
ciebus dixi.

Ratio illos parandi hæc erit: Terantur omnia
simplicia ordinatim in farinam, quæ ad compo-
sitionem

tionem apta sunt, & conuenienti humore subigan-
tur, vt Actuar. At si in eorum descriptione inuenian-
tur aut Gummi, aut Lacrymæ, aut Tragacanthū,
aut Cydoniorum semina, vel Psyllij, aut alia in se
Lentorem, aut Mucaginem continentia, maceren-
tur talia aqua aliove liquore calido tamen, & trita
Mucagine excipiantur, præceptum est Heraclidis,
vt scribitur lib. 2. de Antid. etiam si multi illa po-
tiùs terant, & non macerent. Ad efformandos Tro-
chiscos cum Mucagine requiruntur eius drachmæ
circiter quinque pro singula tritorum vncia.

Modum omnia vniendi reliquit scriptum Haly
lib. 10. sic: *Cum Trochiscos formare volueris, omnia (sci-
licet iam trita, & creta) in mortario impone, cui adde
Aquam, aut Vinum, aut alterius rei liquorem (vel Mucagi-
nem) & tere, & misce, donec opus compleatur, & optimè
fuerint in Vinum unita.* Efformentur vt plurimùm
tenues imperante Galeno 1. de Antid. cap. 9. citiùs
enim humiditate priuantur; deinde in vmbra ex-
siccentur, vt omnibus placet, & præcipuè Critoni
referente Galeno lib. iam citato. Sic etiam Andro-
machus imperauit, vbi de Theriaca dicens:

*Ac minimos tandem contusa premantur in Orbes,
Quos procul à Radijs mitior vmbra tegat.*

Quapropter Galenus lib. ad Pisonem cap. 13. iu-
bet Pastillos Hedychroi, Scillinos, & Viperinos vm-
bra exsicandos esse; & hos modum exsiccandi nar-
rauit 1. de Antid. cap. 8. vbi de Trochiscis de Vipe-
ra his verbis: *Sit cella, in qua Pastillos arefacies in supe-
riori domus parte ad meridiem conuersa, vel saltem ad Se-
ptemtrio-*

ptemtrionem non respiciat, ut Solis radios tota die penè accipiat. Statim à compositione ibi collocentur, frequenter autem conuertere ipsos opus erit, ut æqualiter utraque ex parte siccescant, quod si facere quis omiserit, superior pars celementer arefcet, inferior aut humida permanebit, & periculum erit, ne marcescant: cum exsiccati fuerint, maneant adhuc aliquot diebus, & sæpè conuertantur; deinde vasis vitreis, aut argenteis, aut aureis, aut stanneis recondantur. Subinde puluisculus quidam, qui ipsis inasci consuevit, mundis mantilibus interdum abstergetur; is enim si diutiùs inhereat, partillos perforabit, unde inutiles redduntur. Hec omnia ille.

Error aliquorum.

Admirentur Seplasiarij negligentes sedulam diligentiam Galeni, & ipsam memoria custodiât. Hec in omni genere Trochiscorum seruanda veniunt, dummodo sententiæ illorum, qui Trochiscos composuerunt, non aduersentur. Ut plurimum post sex menses inutiles fiunt, ut Serap.

*De Trochiscis Viperinis à Galeno descriptis lib. i.
de Antidotis, cap. 8. et circa parandi
modum illos Exercitatio.*

℞. Carnis Viperarum diligenter decoctæ, & spinis priuatæ lib. j.

Panis ex purissima farina confecti, bene fermentati, cocti, & per aliquot dies sicco loco exsiccati vnc. iij.

Ingred. ij.

Viperarum corpus, postquam id, quod utrinque amputabimus, quattuor digitorum mensurâ non

non excedent, intestinis exemptis, pelleg. detracta, & pinguedine, vt ad Pisonem, aquis primò abluendum, atque in vas fictile conijciendum: deinde aqua pura superinfusa, & Anetho, quod tunc viget, ollæ prunas, vt coquatur, subijciemus, vel arida ligna, quæ fumum non emittant, vel, quod melius adhuc est, Vitium sarmenta. Salis autem, si suo tēpore Viperas ceperis, tantillum immittere oportet: sin Aestate iam incipiente nihil; quas, cū coctæ fuerint ita, vt si quis ipsas comedere vellet, ab iure primum eximemus, deinde illarum carnes ita à spinis auellemus, vt spinam aliquam non accipiamus, auulsas carnes exquisitè conteremus, & panis modicum admiscebimus benè cocti, ne quid acoris imminuat medicamento. Sit panis prius tritus, & siccatus, & non quemadmodum ante nos, qui Cæsari Theriacam faciebant, Viperarū iure maceratus; citiùs enim siccescunt, qui siccum panem, non madidum acceperint; cum Viperas, & panem coniunxeris, diligenterq. adeo subegeris, vt nulla Viperinæ carnis particula non contusa remanserit, pastillos ex illa massa conficito. Hæc omnia Gal. I. de Antid. c. 8. At lib. ad Pisonem, cap. 13. aliquid iuris infundere iubet, quod fortè inijciendum erit, si difficulter panis tritus, & caro illa in vnum cogantur; & ideo hæc pronunciauit: *Postremò iuris quantum sufficiat infunde.* Vnde intelligere debemus infundendum esse aliquid iuris, si necessitas expostulabit, quod sufficiat ad illa accommodatè ad se vnien-
da: sed melius est cum ipso dicere lib. I. de Antid.
experien-

experientia compertum esse, iniicere panem siccū,
& sine iure illos parare; quæ cum vnita fuerint, vt
ibi legitur, Pastilli conuenientes conficiantur, quos
dum facis, manus pauco intinges Opobalsamo, (cu
ius loco vtendum oleo Nucis Myristicæ) qui tamen
sint tenues, vt citiùs siccescant, vt eod. lib. scribitur.

De Vipera-
rū delectu.

Quas Viperas seligere debemus, & quo tempore,
nos diligenter docet ille lib. citato de Antid. c. 13. &
ad Pison. sic: Sit Vipera fulua parumper, & ad mo-
tum valdè prona, quæ collum præcipuè attollat, &
oculos aliquantulum rubros habeat, atque auda-
cter, & toruè conspiciat; sit præterea capite lato, vē-
tre propenso, ac toto corpore sinuosa: meatus excre-
mentis destinatus magis ad extremam caudam ver-
gat, quàm non conuolutam, sed modicè flexam po-
tiùs esse conuenit, gressu denique incedat quieto: nā
hac in re solùm à femina mas discrepat, dentibus
caninis, quorum plures feminis, duos maribus.
Nicander his versibus ascribit:

Sunt gemini dentes maribus sua signa, canini

Fundentes virus, habet hos; sed femina plures.

Quo tempo-
re capiendæ.

Capiantur circa Veris initia, quando non am-
pliùs in subterraneis cauernis degunt, sed inde pro-
gressæ sub aere diuersantur, nec vlteriùs tam no-
xium venenum habent; nam donec in subterra-
neis locis habitant; cum nullatenus diffentur, pe-
stilentem, noxiamq. magis intra se qualitatem col-
ligunt; quamobrem non oportet statim egressas
Viperas surripere, verùm eas aliquod tempus dimit-
tere, vt & libero fruantur aere, & cibis nutriantur
consuetis.

consuetis. Hæc ad Pisonem. Veniuntur igitur Sep-
fiarij Viperas Vere quidem finiente, nondum ta-
men Aestate incipiente: vel si Ver quò ad magnam
suam partem Hiemale fuerit, circa principium Ae-
statis, non multò post Pleiadum ortum. Viperas
autem, quæ prægnantes sunt, reijcere oportet: alia-
rum verò caput, & caudam abscindere, quæ partes
venenatæ etiam plùs esse videntur, & duras, pau-
casq; carnes continere. Sufficiet autem in magnis
Viperis, si id, quod vtrunque amputabimus, quat-
tuor digitorum mensuram non excedat. Hæc lib.
de Antid. Præterea omnino fugere debent Pharma-
copæi illas, *quæ non longè à mari commorantur, vel
degunt in locis multam falsedinem habentibus; tales enim
carnem obtinent falsam, vt libro 2. Simplicium Me-
dic.* Viperæ sunt paulò ante captæ interficiendæ, &
non diu retinendæ; nam quæ multo detentæ sunt
tempore, magis venenosæ sunt, docente Galeno ad
Pamphilianum. Ab his omnibus habemus signa,
quibus cognoscere possumus optimas Viperas à no-
bis seligendas, quibus addit lib. ad Pisonem hoc e-
tiam inditium minimè negligendum Gal. dicens:
*Dum abscindis caput primum, & caudam, vt diligenter
inspicias moneo, numquid post abscissionem detruncatæ Vi-
peræ sine sanguine, sine motu, & prorsus sine vita statim
consistant: nam tales si inueneris, Antidoto componendæ inu-
tiles arbitrator, imbecillam enim & inualidam habere vim
dignoscuntur.* Recentiores affirmant facilè distingui
marem à femina constrictis partibus pudendis; in
mare enim genitalia foras erumpunt, & sub oculis

Qq cadunt:

Quæ reij-
ciendæ.

Quando in-
terficiendæ.

Quæ vitupe-
rentur.

Seplafiarū
nonnullorū
fraudes.

Audacia il-
lorum.

Multorum
auaritia.

Trochisco-
rum horum
durationis
tempus.

cadunt: quæ interdum à venatoribus, vt decipiant Pharmacopœos, abscinduntur: qui Pharmacopœi non rarò tentant Medicos decipere astantes, cum mares pro feminis, infirmas pro validis, palustribus locis natas pro illis, quæ commorantur apricis in collibus, & excarnes, ac graciles pro carnosis, arrogantia auaritia, atque audacia impulsu suadent illos probare. Sicuti etiam Galeni præcepta spernētes, nō quartam partem panis in Trochiscis Viperinis, vel Theriacis efformandis imponunt, sed aut tertiam, aut æqualem Viperarū carni: sed hoc non fortè esset inconueniens, si non profiterentur illius dogmata sequi; cum illo narrante lib. ad Pison. Magnus, & Damocrates, qui determinant panis portionem, admiscerent æqualem carnibus panem, & sic utraque commiscerent. Et nonnulli, vt legitur 1. de Antid. c. 8. in commiscendo panē Viperis hanc mensuram seruandam præcipiunt, vt panis pondus Viperinarum carnum dimidio minus sit: alij, ne tertiam partem excedat, malunt. Sed horū multi turpi auaritia ducti, Viperarū carnes per noctem in iure macerant; vt maximam panis triti recipiant copiā; vt Trochiscorum postea augeatur pondus: in quibus procul omni dubio maior est copia panis, quam Viperinæ carnis. Non longè postquam Pastilli confecti fuerint, illis vtendum erit; rectè namque à principio siccati ad tertium, quartumq. annum integri perseuerant, dummodo tamen aptè reponantur, perspicuum est autem inutiles eos tunc denique reddi cum perforati fuerint, quemadmodum antequam hoc accidat, etiamsi multum tempus intercesserit, non inutiles. Hæc eodem loco Gal.

De

*De Trochiscis è Scilla Andromachi,
et Gal. 1. de Antid. c. 9.*

Rx. Scillæ assatæ partes tres,
Farinæ Orobi candidæ partes duas. Ingr. ij.

*Simul misceantur, & Rotulæ tenues conformentur, &
sub Umbra, & non in Solis radijs collocentur. Hæc Gal.
Quæ Andromachus sic:*

*Tres Scillæ partes, Erui compone duabus,
Pistilloq. crepet concaua pila diu,
Ac minimos tandem contusa premantur in Orbes
Quos procul à radijs mitior Umbra tegat.*

A cuius verbis apertū euadit legentibus, in mor-
torio Pistillo diu Scillam, & farinam Erui terendas
esse, & commiscendas. Sint Scillæ decoctæ in cliba
no partes interiores, & tenerriam, vt lib. ad Piso-
nem cap. 13. Gal. scribit, qui hoc in loco decernit Fa-
rinæ, & Scillæ æquale esse pondus. Cuius verba: *Scil-
læ admisce farinæ Erui optimæ, ac recentissimæ tantumdem,
sicut Damocrates censet: nam & Magnus, qui dimidium ius-
bet, parum mihi coniungere videtur, & Andromachus, qui
duas partes præcipit, nondum satis imponere, cum æqualem
Erui portionem Scilla requirat.* In his componendis Tro-
chiscis, quisnam candida farina Erui vitur? etiam
si à Galeno damnetur illa, quæ candida non existit
1. de Antid. cap. 9. cum amarissima sit; quod etiam
comprobatur à Dioscoride lib. 2. cap. 119. attamen
multi inueniuntur, qui Eruum ruffum comendant,

Error mul-
torum.

Qq 2 atque

atque probant Gal. frustra imperante. Scilla postquam attrita fuerit per cribrum traijciatur, & farina optimè leuigata admisceatur, & Pastilli formentur, qui tenues, & minimi existant, prius tamen illa in mortario diligenter conterantur.

*Pastilli Hedychroi à Galeno descripti
ad Pisonem cap. 13.*

℞. Corticum Radicum Aspalathi, eius defectu Viricis semina, aut Ligni Aloes,
Calami aromatici,
Florum Iunci rotundi, odorati,
Phu, scilicet Valerianæ,
Costi, in eius defectu Galangæ,
Asari, scilicet Baccharæ,
Ligni Balsami, eius loco Ligni Aloes,
Succi Balsami, eius loco Olei Nucis Myristicæ,
Cassia ana drach. vj.
Cinnamomi,
Amomi, in eius def. Baccæ Junip. ana dr. xxiiij.
Amaraci, eius loco Maioranæ drach. xx.
Nardi Indicæ drach. xvj.
Folij, eius loco Macis drach. vj.
Myrrhæ drach. xxiiij.
Mastiches drach. vj.
Crocī drach. xix.

Ingred. xviiij.

Vino Falerno (postquam detrita fuerint, & creta) hæc admiscere conuenit, & in Rotulas digerere,
quas

quas dum facimus, manus, & feramenta inungemus Balsami liquore, quæ postremò in vmbra sic-
candæ erunt.

Alia descriptio Magmatis Hedychroi Andromachi, quæ tandem ad manus Galeni peruenit, vt i. de Antid. c. 10. quæ est in usu, et probatur.

℞. Aspalathi,
Rad. Afari,
Mari, Maioranæ eius loco,
Amaraci ana drach. ij.
Iunci teretis,
Calami odorati, eius loco Angelicæ,
Phu Pontici,
Costi, in eius defectu Zedoariæ,
Xilobalsami, eius loco Ligni Aloes,
Opobalsami, eius loco Olei Nucis Mosch.
Cinnamomi ana drach. iij.
Folij, vt Caryophyl. fol. aut Cinnamomi,
Myrrhæ,
Nardi Indicæ,
Casiæ,
Croci ana drach. vj.
Amomi, in eius def. Baccæ Iuniperi drac. xij.
Mastiches drach. j. *Ingred. xix.*

Vino Falerno, postquam detrita fuerint, & cri-
bro renui transmissa, quorum aliqua, vt est artis,
per

310 De vera Meth. Pharm. par.

per se terantur, vt Mastix, excipiantur, orbiculi fingantur, & eodem modo siccantur, & inungantur Opobalsamo, vt Theriaci, & Scillini. In aliquibus exemplaribus non est Marum.

Pastilli Cypheos Damocratis à Ruso descripti, vt lib. 2. de Antid. refert Gal. cap. 2.

℞. Pulpæ Vuæ Passæ albæ, pinguißimæ, nucleis priuata, ac præleuigatæ,
Terebinthinæ crematæ ana drach. xxiiij.
Myrrhæ,
Iunci rotundi ana drach. xij.
Cinnamomi drach. iiij.
Bdellij vnguis drach. iiij.
Aspalathi, Viticis semen eius loco, vel lignum Aloe drach. ij. β.
Spicæ Nardi,
Casia,
Cyperi,
Baccarum Iuniperi grandium, ac pinguium ana drach. iiij.
Calami odorati, eius loco Zedoaria dr. viiij.
Crocī drach. j.
Mellis modicum,
Vini paxillulum. Incred. xv.

Bdellium, & Myrrham cum Vino in mortario mittunt, & terunt, quoad Mellis crassitiem liquentis iuncta reddant, Mel postea affundunt, Vuas miscent: (prius in mortario detritas,

trititas, & per cribrum transmissas) demum cetera imponunt
contusa. Paruos inde confingunt Orbes. Hæc omnia Da-
mocrates. Possunt Pharmacopœi Bdellium, & Myr-
rham confRACTA VINO per diem macerare, vt varijs
in locis scribit Gal. etiam si multi Recentiorum fortè
irridentes tantorum virorum placita, hæc in morta-
rio sic sicca terunt, ac læuigant, & ceteris admiscēt.

Aliquorum
arrogantia.

Resina crematur, docente Dioscoride, sic: Resinæ
congius in duobus aquæ pluuiæ coquitur, subiectis leuibus pru-
nis, hæc assidue mouetur donec omnis odor aboleatur, & fria-
bilis, & stridula reddatur, fit hæc eximij candoris, si Resi-
na percoletur; ceterum ubi refrixerit seruetur.

Resina quō
cremetur.

Trochisci Gallie Moschata Mesue.

℞. Xilaloës crudi, boni, & electi drach. v.
Ambræ drach. ij.
Moschi drach. j.
Glutinis Tragacanthi, & aquæ Rosatæ quantū
sufficit ad hæc comprehendenda. *Ingred. v.*

Fiant Trochisci figura folij Myrtei, & sigillati va-
se vitreo seruentur. Mesue. Aliqui addunt Caphuræ
drachmas duas, vel tres, quod aduersatur omnib.
Mes. exemplaribus, vt omnes oculis proprijs vide-
re possunt.

Error ali-
quorum.

Lignum Aloës per se teratur, & tenui cribro tra-
ijciatur; Ambra, & Moschus solitaria, vel cum li-
gno Aloës iam trito, Tragacanthum in aqua Ro-
sacea maceretur, ita vt gluten euadat, quo illa opti-
mè

312 De vera Meth. Pharm. par:

mè permista excipiantur, & Trochisci parentur exiles, vt experientia demonstrat. Quantitas Tragacanthi sit duarum circiter drachmarum.

*Trochisci Gallie Sebelline Mesue, et parandi
Exercitatio circa ipsos.*

℞. Foliorum Rosarum recentium, humidarum
seaperire incipientium vnc. j. β.

Aloes boni, idest Ligni Aloes,

Caryophyl.

Gummi,

Spicæ Nardi ana dr. j. β.

Sandali Citrini drach. ij.

Ramich, scilicet Trochiscorum Ramich dr. iij.

Rosę in mortario lapideo curiosissimè terantur, quibus postea cetera minutissimè trita admisceantur, quæ contere diem vnum cum Rosis, aliquoties affundendo aquam Rosatam infusionis Gummi Arabici, scilicet iam macerati in aqua Rosacea dicta. Postremo aromatiza

Moschi scrip. j.

Ambrae, & Caphurae aur. β.

Et fiant Trochisci, & sigillantur. Hæc Mes.

*Trochisci Gallie Aromaticæ, vel Alefanginae
Mesue, et Exercitatio.*

℞. Myrobal. Emblicarum exossatarum, & parum tritarum vnc. iij.

Aquæ

Aquæ Rosatæ, cui prius Rosæ siccæ, & cortices
Citrorum sint infusi, & immersi lib. β.

Myrobalani triduo in vase vitreo probè opercu-
lato macerentur dicta aqua. Deinde aquæ Rosæ præ
dictæ infusionis vnc. iiij. Præterea immitte, & po-
stridie tantumdem donec Emblicarum virtus aquis
sit impressa, tunc accipe

Ligni Aloes drach. viij.

Ramich, scilicet Trochisci vnc. j. β.

Caryophyl.

Rosarum ana drach. x.

Spicæ Indæ drach. iiij.

Santali flauī drach. iiij.

Gummi Arabi drach. vj.

Tere omnia tenuissimè, & cum prædicta In-
fusione Emblicarum paulatim adiecta misce, a-
romatiza

Caphuræ,

Moschi ana drach. j.

Ambra drach. ij.

Ingred. xiiij.

Finge Trochiscos, sigilla, & vitreo vase serua.
Hæc Mesue. Tota aqua Rosata erit ponderis vncia-
rum quattuordecim circiter.

*Trochisci Alipta Moschatæ Nicolai,
et Exercitatio eius.*

Rx. Ladani puri vnc. iiij.

Styracis Calamitæ vnc. j. β.

Rr

Styracis

314 De vera Meth. Pharm. par.

Styracis rub. i. flauę vnc. j.

Ligni Aloes drach. ij.

Ambraę drach. j.

Caphuraę scrip. j. β.

Moschi scrip. β.

Incred. viij.

In diebus canicularibus pone Styracem calami-
tam, Styracem rubeam, & Ladanum in catino ad
Solem cum panno subtilissimo cooperto, ne puluis
in illa decidat, prius tamen hæc confRACTA, & disru-
pta sint, & cum mollia fuerint, ponantur in mor-
tario æreo ad Solem calefacto, & pistillo ferreo simi-
liter calido simul terantur, donec ad nigrum perue-
niant colorem; postea adde puluerem Ligni Aloes,
& Caphuraę, & simul contere; deinde dissolue Mo-
schum in tribus vnciis aquæ Rosatæ, & de hac aqua
aliquantulum madefac marmor prius benè lotum,
& calefactum ad Solē, & accipe drachmam vnā,
alii vnciam j. scilicet compositionis, & cum tabula
planissima super marmor diu agretur, donec ad
subtilitatem lunci perueniat, & cum reposueris, su-
perasperge de illa aqua. Hęc Nicol.

Trochisci Ramich Mesue.

℞. Succi Oxalidis, idest Acerosæ vnc. xvj.

Rosarum vnc. j.

Baccarum Myrti vnc. ij.

Semel hæc feruefiant, & cola, his misce

Gallarum recentium curiosè tritarum, vel sicca-
rum

rum dicto liquore per diem maceratarum vn-
cias iij.

Coque iterum, deinde adde

Foliorum Rosarum vnc. j.

Santali Citrei vnc. j. & quartam partem.

Gummi Arabici vnc. j. β.

Carnium Rhois,

Spodii ana drach. viij.

Omphacii drach. vij.

Succi Baccarum Myrti tritarum vnc. iiij.

Ligni Aloes,

Caryophyl.

Macis,

Nucis Moschatæ ana drach. iiij. *Incred. xvij.*

Terenda terantur, & misce omnia simul, & exten-
de in scutella lapidea vsque dum siccentur, post te-
re minutim, & cum Caphuræ aureo vno, & aqua
Rosarum fac Trochiscos paruos, & sicca in vmbra.
Aliqui loco succi Oxalidis sumunt Cydoniorum
succum. *Hæc Mes.*

Trochisci Diarhodon Mesue.

℞. Foliorum Rosarum rubrarum aur. vj.

Spicæ aromat.

Ligni Aloes ana aur. ij.

Glycyrrhizæ aur. iiij.

Spodii, scilicet ex Ebore aur. j.

Croci aur. β.

Mastiches drach. ij.

Rr 2

Cum

316 De vera Meth. Pharm. par.

Cum Vino albo fiant Trochisci pondere vnus
drachmæ.

Ingred. viij.

Trochisci è Caphura Mesue.

℞. Rosarum drach. iij.

Spodii,

Glycyrrhizæ ana drach. ij.

Santal. flauorum drach. ij. β.

Croci,

Sem. Melonum,

Citrulli, f. Anguriæ hoc loco,

Cucumeris,

Cucurbitæ,

Tragacanthi,

Gummi,

Spicæ ana drach. j.

Ligni Aloes,

Cardamomi,

Amyli,

Caphuræ ana drac. j. & scrip. ij.

Sacchari albi,

Mannæ ana drach. iij.

Ingred. xviiiij.

Cum Mucagine seminum Psyllii, & aqua Rosata
fiant Trochisci. Saccharum, & Manna, aut Mucag-
ine Psyllii dissoluantur, aut aqua Rosata, quibus
omnibus cetera trita, & creta excipiantur. Semina
Psyllii aqua Rosata macerentur, & per cribrum tra-
iiciatur eius Mucago, vt cortices auferantur.

Hoc

Hoc in loco semina Citrulli sunt Anguriæ semina, cū in descriptione hac & Cucumeris semina adinueniantur; quod seruandum venit etiam in aliis compositionibus, quibus & Citrulli, & Cucumeris adinueniuntur semina.

Semina Citrulli, i. Anguriæ.

Trochisci de Rosis Mesue.

Rx. Rosarum drach. iiij.
Ligni Aloes drach. ij.
Mastiches drach. j. β.
Absinthii Romani, f. communis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Cassie lignæ,
Schænuanthus ana drach. j. *Incred. x.*

Cum Vino antiquo, & Decocto quinque Radicum fac Trochiscos drachmarum duarum. Sunt quinque Radices communes hæ, scilicet Brusci, Asparagi, Apii, Petroselini, & Feniculi.

Quinque radices quæ.

Trochisci de Spodio Mesue cum semine Oxalidis.

Rx. Rosarum rubearum drach. xij.
Spodij, scilicet ex Ebore dr. x.
Sem. Oxalidis, scilicet Acetosæ dr. vj.
Sem. Portulacæ,
Sem. Coriand. Aceto maceratorum, & torrefactorum ana drach. ij. β.

Pulpe

318 De vera Meth. Pharm. par.

Pulpæ Rhois, s. Suinach drach. ij. β.
 Amyli assi, i. perfectè exsiccati,
 Balauftiorum,
 Baccarum Oxyacanthæ, s. Berberorū ana dr. ij.
 Gummi Arabi assi drach. j. β.
 Terantur, vt est artis, & comprehendantur Om-
 phacio, scilicet succo Acrestæ. *Incred. xj.*

Trochisci Terra Sigillata Mesue.

℞. Sanguinis Draconis, scilicet Gummi, quod sic
 vocatur,
 Gummi Arabi assi,
 Fumariæ, i. Sedenegi Arabicæ, & nō Hæmatitis,
 Trochif. Ramich,
 Foliorum Rosarum,
 Seminum earumdem,
 Succini, idest Charabæ,
 Amyli assi,
 Spodii,
 Acaciæ,
 Hypocistidos,
 Lapidis Hæmatitæ,
 Balauſti,
 Boli Armenicæ,
 Terræ Sigillatæ,
 Corallii ana drach. ij.
 Margaritarum,
 Tragacanthi,
 Sem. Papaueris nigri ana drach. j. β.

Sem.

Sem. Portulacæ assæ,

Cornu Cerui vsti,

Thuris masculi,

Croci ana drach. ij.

Ingr. xxiiij.

Cum aqua Plantaginis fac Trochiscos. Cogimur interdum his addere Opij drachmas duas. Sint Spodium, Corallia, Lapis Hæmati, Margaritæ, & Cornu Cerui secundum artē parata, ac diligenter super cotem læuigata. Ridiculum est audire aliquos fumentes loco Sedenegi Lapidem Hæmatit. cum in ipsa descriptione adinueniatur.

Error aliquorum.

Trochisci Electri, seu Charabe Mesue.

℞. Succini, scilicet Charabe aur. vj.

Cornu Cerui vsti,

Gummi vsti,

Corallii vsti,

Tragacanthi,

Acaciæ,

Hypocistidos,

Balausti,

Mastiches,

Cancami, scilicet Laccæ,

Sem. Papauer. nigri assæ ana aur. ij.

Thuris,

Croci,

Opii ana aur. j. β.

Ingr. xv.

Fac Trochiscos cum Mucagine Semin. Psyllii, drach. vnus aquæ feruenti macerati.

Trochisci

Trochisci Rhabarbari Mesue.

℞. Rhabarbari boni drach. x.

Succi Eupatorii, idest Agerati densati,

Amygdalarum amararum ana dr. iiij.

Rosarum drach. iiij.

Spicæ,

Anisi,

Rubicæ, f. Erythrodani Dioscor.

Absinthii,

Asari, scilicet Baccharæ,

Sem. Apii ana drach. j.

Ingred. x.

Fac Trochiscos pondere vnus aurei. At quoniā
Mesue prætermisit liquorem, quo excipi debent,
succo Cicorii conficiantur, cui succus Eupatorii
admisceatur.

Trochisci Absinthij Mesue.

℞. Rosarum,

Absinthii,

Anisi ana drach. ij.

Rhabarbari,

Succi Eupatorii, f. Agerati densati,

Asari, scilicet Baccharæ,

Apii,

Amygdalarum amararum,

Spicæ ana drach. j.

Masti-

Mastiches,
Folij, vt Caryoph. ana drach. j.
Cum succo Intybi, scilicet Endiuia, fac, vt est ar-
tis, Trochiscos. *Ingred. xij.*

Trochisci Eupatorii Mesue.

Rx. Mannæ,
Succi Eupatorii, f. Agerati ana vnc. j.
Rosarum vnc. β.
Spice drach. iij.
Rhabbarbari,
Asari, idest Baccharæ,
Anisi ana drach. ij.
Spodii drach. iij. β. *Ingred. ix.*
Cum herbarū succis forma Trochiscos, vt mul-
tis placet & nobis, scilicet Eupatorii, & Absinthii,
quibus Manna dissoluatur.

Trochisci Cancami, seu Lacce Mesue.

Rx. Cancami mundi, f. Lacce,
Succi Glycyrrhizæ,
Absinthii,
Oxiacanthæ, f. Berberis,
Succi Eupatorii, f. Agerati,
Rhabbarbari,
Aristolochiæ longæ,
Costi, eius loco Zedoariæ,
Asari ana drach. j.

ss Amyg-

322 De vera Meth. Pharm. par.

Amygdalarum amararum,
 Rubiæ, scilicet Erythrodani Diosc.
 Anisi,
 Apii,
 Schœnuanthus ana drach. j. Ingr. xv.

Fac Trochiscos ex arte. Vt Vino odorato, aut
 Absinthii succo, cum Mesue prætermiserit liquo-
 rem, quo excipi debent.

Trochisci Capparum Mesue.

Rx. Corticum radicum Capparis,
 Sem. Agnicasti, i. Viticis, vel Ligosana dr. vj.
 Melanthii, f. Nigellæ,
 Calaminthes,
 Acori, eius loco Calami aromat.
 Amygdalarum amararum,
 Nasturtii,
 Ammoniaci,
 Foliorum Rutæ,
 Aristolochiæ rotundæ,
 Succi Eupatorii, f. Agerati Diosc. ana drach. ij.
 Cyperi,
 Scolopédrii, loco eius Citrach an. dr. j. Ingr. xiiij.

*Ammoniacum Aceto dissoluatur, quo fingantur Trochi-
 sci, & seruentur. Sunt qui valentiùs hos efficiunt dupli-
 cato Ammoniaco. Mes.*

Trochisci

*Trochisci Hamech, seu de Violis Mesue,
qui sint in usu.*

℞. Foliorum Violarum inter humiditatem, & siccitatem mediorum aur. xij.

Turpethi albi, & gummosi aur. vj.

Succi Glycyrrhizæ aur. iij.

Mannæ drach. iij.

Ingred. iij.

Fac Trochiscos, quibus interdum addimus Scāmonii drachmas duas. Terantur Violæ recentes in mortario lapideo, quibus addatur Manna, & Glycyrrhizæ succus minutim incisus, quæ simul diligenter tundantur, & misceantur, & postremo Turpethum tritum, & cretum addatur.

Alia descriptio.

℞. Foliorum Violarum,

Mannæ ana drach. iij.

Succi Glycyrrhizæ drach. iij.

Ingred. iij.

Misce conterendo accuratè, & finge Trochiscos.

Succus Glycyrrhizæ si necessitas expostulabit, succo Violarum solvatur.

*Trochisci Agarici Mesue cap. de Agarico,
qui à nobis laudantur.*

℞. Agarici drach. iij.

Salis gemmæ drach. j.

Mannæ quantitatem idoneam ad illa excipienda.

Ingred. iij.

℞ 2

Agari-

324 De vera Meth. Pharm. par.

Agaricus per se fricando super cribrum setaceū
læuigetur, Sal gemmæ in mortario placidè commi-
nuatur, Mannę misceantur, & fiant Trochisci.

Alia descriptio Galeni referente Mesue.

℞. Agarici subtiliter triti vnc. ij.

Maceretur in Vino, cui infusa fuerit Zingiberis
drachma vna, & dimidia, & cogatur in Trochi-
scos.

Ingred. iij.

*Alia descriptio à multis Mesue attributa, Sepla-
sarijs utilis, sed infirmis incommoda,
quæ vituperatur à nobis.*

℞. Agarici elect. vnc. j. β.

Zingiber. drach. j. & scrip. j.

Salis gemmæ vnc. β. vel quod melius dr. ij.

Oximellis quantitatē idoneam. *Ingred. iij.*

Seplaf. aua-
ritia.

Seplasiarii tali descriptione ferè omnes vtuntur
maximo cum detrimento ægrotantis: si enim Me-
dicus cupit exhibere infirmis drach. Agarici duas,
nec vnam exhibet; pro qualibet enim vncia Agari-
ci saltem Oxymelitis altera ad optimè omnia vnien-
dum desideratur.

Trochisci Colocynthidos Mesue.

℞. Pulpæ Colocynthidos albæ, leuis, & à seminib.
purgatæ drach. x.

Olei

Olei Rosati vnc. j.

Tragacanthi,

Bdellii,

Gummi ana drach. vj.

Ingred. v.

Colocynthis forficibus incidatur, & fricetur cū Oleo Rosato; Tragacanthū, Bdellium, & Gummi aqua Rosarum dies quattuor macerentur, siccentur in ymbra, curiosè terantur, & eadem Mucagineforma rursus Trochiscos, & vtere. Hi iniiciantur in Hieram Hermetis, & compositiones alias loco Colocynthidos. Hæc Mes. Scilicet in illas, in quarum structura non ingrediuntur Bdellium, Tragacanthum, Gummi, Mastix, vel Ladanum; ab his enim Colocynthis optimè castigatur, vt cap. de Colocynthide legitur. Non negamus autē & his esse vtendū, etiamsi iam dicta corrigentia recipiantur, si in aliqua descriptione reperiantur. Interdum enim Auctores placidè humores purgare cupiunt, & sine ventriculi noxa. Sed hoc ad Seplasiarium non attinet.

Trochisci ex Arsenico Mesue.

℞. Arsenici citrini vnc. j.

Calcis non extinctæ drach. xij.

Acaciæ,

Chartarum adustarum,

Fœcis Aceti adusti,

Aluminis, communis eius loco,

Balaustii ana drach. ij.

Colco-

Colcotar, f. Nitri, aut Salis vsti eius loco,

Floris Aeris ana drach. v.

Incred. xj.

Terantur cum Aceto, & stent in Sole per dies decem, fac Trochiscos, reponantur in vase vitreo, cuius os stringatur, quod vas ponatur in vase, in quo fuerit Acetum, & quando expostulat necessitas, ponunt in eis Opii drachmas quattuor. Mes.

Trochisci Alchechengi, seu Halicacabi Mes.

℞. Baccarum Halicacabi, f. Alchechengi, vel Solani vesicarii drach. iij.

Sem. Citrulli, f. Cucumeris,

Melonis Indi, Arabicè Albathecæ, f. Anguriæ,

Cucurbitæ ana drach. iij. β.

Boli Armenicæ,

Gummi Arabi,

Thuris,

Sanguinis Draconis,

Sem. Papaveris albi,

Amygdalarum amararum,

Succi Glycyrrhizæ,

Tragacanthi,

Amyli,

Nucleorum Pincarum ana drach. vj.

Sem. Apii,

Succini, f. Charabe,

Terræ Sigillatæ,

Sem. Hyosciami,

Opii ana drach. ij.

Incred. xx.

Cum

Cum Iulep fiant Trochisci, aut Hydromelite.
Multa horum per se terantur, Opium Hydromelite
maceretur, & dissoluatur.

Trochisci Viticis, vel Agnicasti Rhasis.

℞. Seminum Viticis, s. Agnicasti,
Tamaricis ana drach. v.
Sem. Endiuia,
Portulacæ ana drach. ij. *Ingred. v.*
Formentur Troch. aqua, aut Decocto Scolopêdr.

Trochisci Myrrhæ Rhasis 9. ad Almanfor.

℞. Myrrhæ drach. iij.
Lupinorum drach. v.
Foliorum Rutæ,
Mentastri,
Pulegii,
Cumini,
Rubia, s. Erythrodani Dioscor.
Assæ fetidæ,
Sagapeni,
Opoponacis ana drach. ij. *Ingred. x.*
Gummi Aceto dissoluantur, quo cetera trita ex-
cipiantur.

Trochisci Hellebori Amic. lib. 4. Pract.

℞. Hellebori albi aur. iij.

Nitri,

328 De vera Meth. Pharm. par. &c.

Nitri, eius loco cōmunis, aut Salis vlti aur. xvj.

Croci aur. iij. *Ingrēd. iij.*

Formentur cum Aceto Trochisci, vt est artis.

Trochisci Bdellij Auic. in Pract.

Rx. Rosarum rubearum drach. x.

Spice aromaticæ drach. ij.

Myrrhæ drach. j.

Costi, Galangæ eius loco drach. j. β.

Mastiches drach. j.

Amygdalarum amar. drach. j. β.

Bdellii drach. iij. *Ingrēd. viij.*

Bdellium Vino maceretur, quo cetera excipiantur, prius tamen colo raro traiectum sit.

Trochisci è Minio Ioannis à Vigo.

Rx. Medullæ panis nō cocti, benè fermentati vnc. β.

Sublimati electi drach. j.

Minii drach. β.

Aquæ Rosatæ q. s. *Ingr. iij.*

Formentur Trochisci, qui clibano subito siccentur.

